

## 427.

*Bischof Martin zu Meißen beurkundet, daß der Propst Günther zu Gottesgnaden und dessen Konvent ein Stück Landes an der schwarzen Elster vom Grafen Friedrich von Brehna mit Zustimmung der Brüder desselben gekauft und diesen Kauf Dietrich, Markgraf der Ostmark, bestätigt, er selbst aber den der meißner Stiftskirche dort zustehenden Zehnten an den genannten Propst und Konvent abgetreten habe.* [1177.]

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. des Bischofs an rothseidener Schnur. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,59.*

*Anm.: Wegen der Datirung vergl. die vorhergehende Urkunde, die von derselben Hand wie diese geschrieben ist.*

:In nomine sanctę et individue trinitatis. Martinus Misnensis: | episcopus tam 10  
presentibus quam futuris in perpetuum. Notum facio omnibus Christi fide|libus, quod  
Gunterus venerabilis prepositus in Gratia Dei et fratres sui datis x̄c | marcis L̄x mansos  
ad mensuram Flandricam in episcopatu nostro super Alsteram sitos a comite Friderico  
in possessionem propriam emerunt, quos idem comes presente domino nostro venerabili  
Magdeburgensi archiepiscopo Wichmanno in Monte sancti Petri post celebratas exequias 15  
comitis Conradi fratribus suis coram positis et voluntarium assensum prebentibus prefato  
preposito G[untero] et fratribus suis libere dimisit et in possessionem perpetuam legitimo  
iure contradidit cum omnimoda utilitate, quam predicti fratres in eisdem mansis ela-  
borare poterunt in agris cultis et incultis pascuis pratis molendinis piscationibus aquis  
aquarumve decursibus et lignorum deductionibus, insuper et litus ad compositionem ligno- 20  
rum addidit, ubi fratribus commodum visum fuerit. Hanc itaque legitimam donationem  
comitis Friderici marchio Teodoricus auctoritate iudiciaria legitime firmavit et stabilivit.  
Nos quoque primum quidem ob anime nostrę salutem, tum etiam propter comitis Friderici  
petitionem simulque dilectionem prepositi G[unteri] omnem decimam, que nostri iuris erat  
in eisdem mansis, preposito G[untero] et ecclesię in Gratia Dei in possessionem sempiter- 25  
nam libere contulimus et sub anathematis comminatione firmavimus. Quod ne cuiquam  
postmodum dubium existere possit, presenti pagine sigilli nostri impressionem affigi prece-  
pimus adhibitis idoneis, quorum nomina sunt hec, testibus. Herborto prepositus de Worzin.  
Volmarus Magdeburgensis canonicus. Sifridus Misnensis canonicus. Laici. Svidegerus.  
Heinricus de Plisna. Iohannes. Odelricus. Peregrinus. Petrus et alii quam plures. 30

(S.)

## 428.

*Landgraf Ludwig III. bestätigt verschiedene Kaufgeschäfte des Klosters Pforte.*

**Naumburg, 1178 Juni 9.**

*Hdschr.: Or. Perg. Archiv der Landesschule Pforta. Portenser Hand. Phot. H. St. A. Vergl. Posse, Lehre von den 35  
Privaturk. 19.*

*Gedr.: Thur. sacra 834.*

:In nomine domini amen.: Lodewicus dei gratia lantgravius Thuringie omnibus  
Christi fidelibus in perpetuum. Iusticie dictat ratio, ut | religiosos quosque et temporalia